

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3310

**Auteur(s)** : Guillaume le Maréchal, Pembroke (comte)

**Bénéficiaire(s)** : Philippe II Auguste, France (roi)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1204, mai

**Lieu d'émission** : Lisieux

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Guillaume Le Maréchal, comte de Pembroke, cède au roi de France Orbec et Longueville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 74, p. 14-15.

Texte établi d'après a

Ego Guillelmus Marescallus, comes Penbrocie, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod ego tradam ad presens domino meo Regi Francorum castrum Orbec et fortericiam et dominus Rex debet ibi mittere gentes suas pro guerrando vel pro eo faciendo quod voluerit et tradam ad presens Oberto de Rovreio castra Longueville et Moulliers et fortericias, et ego et idem Obertus faciemus securitatem domino Regi quod malum non veniet inde domino Regi neque terre sue neque hominibus suis usque ad festum Sancti Johannis proximo futurum, et ab instanti festo Sancti Johannis in antea dominus Rex pro voluntate sua ibi mittet gentes suas pro guerrando vel pro eo faciendo quod voluerit, et de hoc Obertus de Rovreio faciet securitatem domino Regi quod ipse tradet domino Regi predicta castra in festo Sancti Johannis proximo futuro et has convenciones domino Regi tenebit tali condicione quod si ego usque ad medium Maii, qui proximo futurus est, ad dominum meum Regem venero, et exinde domino Regi hominagium ligium contra omnes homines, qui possunt vivere et mori, fecero, dominus meus Rex reddet michi predicta castra et terram meam in eo puncto in quo ei illa tradidi, pro tale servitium faciendo sicut feoda debent, exceptis illis de quibus idem dominus Rex et sui tenentes erant ad medium istius maii quod fuit anno Domini M° CC° quarto, mense maio et pro hoc respectu, quem dominus Rex michi dedit, domino Regi dono quingentas marchas argenti, reddendo duas partes ad proximum festum Sancti Johannis, et terciam partem ad festum Sancti Petri in gula Augusti proximi, et si defecero de aliqua istarum convencionum vel de solvendo pecuniam predictam ad terminos pretaxatos, predicta castra remanebunt domino Regi ad faciendam totam voluntatem suam. Actum Lexovii anno incarnati Verbi M° CC° quarto, mense Mayo.